

Poschiavo, 28 dicembre 1551

La vicinanza di Brusio riscatta gli obblighi verso la chiesa di S. Vittore di Poschiavo

I procuratori della chiesa di San Vittore di Poschiavo col consenso del decano, officiali e consiglio maggiore e minore del comune di Poschiavo vendono ai rappresentanti della vicinia di Brusio il censo di 36 once di cera che i vicini di Brusio erano obbligati a prestare ogni anno alla chiesa di San Vittore come era stato stabilito nell'atto di separazione delle chiese di Brusio dalla chiesa di San Vittore di Poschiavo dell'anno 1501. Inoltre i rappresentanti della vicinia di Brusio redimono pure l'obbligo del prete di Brusio di presenziare ai divini uffici del sabato santo nella chiesa di San Vittore. Per pagare il prezzo del riscatto di 80 lire imperiali i brusaschi avevano dovuto vendere un legato perpetuo di una soma di vino fatto alla chiesa della beata Trinità di Brusio da Nicolao Quadrio di Chiuro.

1552 die 28 decembris. Venditio ecclexie sante Trinitatis Brusij (ei facta per procuratores) ecclexie sancti Victoris de Pescalvio de (censu cereae 36 onzarum ...).¹

In Nomine Domini amen Anno a Nativitate ipsius Millesimo quingentessimo quinquagessimo secundo² inditione decima die lune vigessimo octavo mensis decembris. Thomas filius condam Johanis de Zaneto, Johannes filius condam Fancheti Petri Fancheti de Aigno\$ et Fedrichus filius condam Johanis Notti de Coradino omnes de Pusclavio tamque procuratores ecclexie sancti Victoris de Pusclavio et agentes ipsi cum consensu et participatione Pedroti filii condam Jacobi de Masela dechanii et consulis communis predicti Pusclavij nec non Johanis filii condam Fancheti del Folono et alterius Johanis filii condam Fanchini de Laqua offitiales dicti communis Pusclavij ac etiam de consensu et cum participatione consilii maioris et minoris dicti communis Pusclavij tamque patroni et advocati prefate ecclexie sancti Victoris de Pusclavio hodie paulo ante congregati in domo Turris prefate communitatis in presentia mei notarij infrascripti, predictis procuratoribus, dechano et offitallibus jmpositionem et licentiam eis atribuendis ad infrascripta omnia et singula peragenda, fecerunt et faciunt venditionem datum et cessionem et totius sui et dicte ecclexie iuris dominij et possessionis translationem et traditionem ad proprium et secundum usum et consuetudinem communis Pusclavij in manibus ser Dorici filii condam Pedroti de Pescio, Johanis filii condam Domenici Tognij de Lada et Gasperis filij Jacobini Johanis de Gaspero de Bruxio predicti communis Pusclavij ibi presentium stipulantum et recipientium pro se se ac nominibus et vice omnium aliorum vicinorum et jncolarum de Bruxio Nominative de censu sive ficto illarum onziarum treginta sex cereae facte in cereo uno de quibus dicti vicini et jncole de Bruxio legebantur obligati singulo anno in festo sancti Victoris dare solvere et prestare predicte ecclexie sancti Victoris de Pusclavio prout in instrumento separationis ipsius ecclexie sancti Victoris et Beate Trinitatis et sancte Agate de Bruxio contineri videtur rogato dicto instrumento per dominum Paulum de Orcho notarium curiae episcopalnis cumane anno domini proxime decurso Millesimo quinquesimo primo inditione quinta die vigessimo sexto mensis novembris sive \$veris anno inditione die et mense in eo contentis, ulterius liberantesque predicti procuratores nomine utsupra venditores presbiterum curatum dictarum ecclexiarum Beate Trinitatis et sancte Agate qui ad presens est et in futurum erit de et pro illa obligatione de quo obligatione erat in dicto instrumento separationis in die sabati sancti singulo anno accedere ad dictam ecclexiam sancti Victoris de Pusclavio ad adiuandum celebrare in dicta ecclexia divina offitia ac fontem baptismati ordinare iuxta et secundum tenorem dicti instrumenti separationis. Ita et eo modo quod dictus presbiter et curatus presens et qui pro tempore erit amodo inantea non possit cogi ad contenta in dicto instrumento separationis, dantes et transferentes dicti venditores nomine utsupra predictis emptoribus presentibus stipulantibus et recipientibus pro se se et nominibus quibus supra omne suum et dicte ecclexie sancti Victoris de Pusclavio ius omniaque sua universa iura et omnes suas actiones rationes reales personales utilles directas et jpoticas previlegia et prorogativas sibi spectantes et pertinentes spectantia et pertinentia quod quos quas et que habet seu habere poterat ante hoc instrumentum venditionis celebratum, preterea dederunt tradiderunt atque mandaverunt suprascripti venditores nomine utsupra predictis emptoribus pro se et nominibus utsupra stipulantibus et recipientibus plenam parabolam et licentiam intrandi egrediendi et aprendendi corporalem possessionem et tenutam in et super predictam fictum sive censem superius nominatum cum omnibus suis iuribus et pertinentiis. Quam quidem venditionem et predicta omnia et singula suprascripti procuratores venditores nomine utsupra promisserunt et convenerunt solemniter et legiptime per stipulationem obligando omnia dicte ecclexie sancti Victoris

¹ Scritta sul dorso della pergamena quasi non più leggibile.

² Si tratta in realtà ancora dell'anno 1551, perché a Poschiavo, come d'altronde anche altrove, si calcolava l'inizio dell'anno a partire da Natale.

bona pignori presentia et futura suprascriptis emporibus pro se et nominibus utsupra stipulantibus et recipientibus perpetuo et omni tempore deffendere et guarentare ab omni persona comuni collegio capitulo et universitate et hoc in pena et sub pena dupli pretij infrascripti et omnium expensarum solempni stipulatione premissa et deducta et ipsi venditores nomine utsupra teneantur in se susipere omnem causam casum et litis eventum que movetur vel que exinde moveri contingerit et hoc a prima citatione inantea et denuntiatione premissa omnibus ipsius ecclexie proprijs dampnis expensis et interesse et sine dampnis expensis et interesse suprascriptorum emporum pro se se et nominibus utsupra et eorum heredum et hec omnia in bonis denariis numeratis tantum et non in aliqua alia re contra voluntatem suprascriptorum emporum pro se et nominibus utsupra et eorum heredum. Unde pro qua venditione et pro predictis omnibus et singulis contenti et confessi fuerunt et sunt suprascripti procuratores venditores nomine utsupra se recipisse et habuisse ab ipsis ser Doricho Johane et Gaspero emporibus pro se et nominibus utsupra libras octonaginta imperialium in bonis denariis Jbidem effectualiter numeratis. Qui denarij dicti emptores pro se et nominibus utsupra dixerunt et dicunt habuisse et recipisse ab heredibus nunc condam Domini Nicholai de Quadrio de Clurio Vallistelline de pretio cuiusdam venditionis eis factae de soma una vini alias perpetualiter³ legatj predicte ecclexie Beate Trinitatis de Bruxio per predictum Dominum Nicholaum et hoc in solutione et pro completa et integra satisfactione huius instrumenti venditionis et predictorum omnium et singullorum, Renuntiando exceptioni dicte pecunie non date non recepte nec ita habite in toto nec in parte et huius instrumenti venditionis non ita facti et predictorum omnium et singulorum non ita factorum in toto nec in (parte)⁴, et generaliter omni alteri iuri legum et auxilio allegationi exceptioni defensioni omnique probationi in contrarium, Renuntiando omnibus statutis consillijs legibus iuribus provisionibus et ordinamentis communis Pusclavij et cuiuslibet alterius communis factis et fiendis in contrarium. Et de premisis omnibus et singulis rogaverunt me notarium infrascriptum ut publice confitiam instrumentum unum et plura semper in laude viri sapientis si necesse fuerit. Actum Pusclavij in stupa domus habitationis mei notarii infrascripti. Interfuerunt ibi testes ad hec vocati et rogati videlicet Tognius filius condam Bonati olim Tognini de Rosso, Johannes filius condam Bernardini olim Notti de Coradino, Jacobus filius Tognini Johanis de Rosso et Domenichus filius Romerii Jacobi de la Costa omnes de Pusclavio noti et jdonei.

(ST) Ego Johannes publicus imperialij auctoritate notarius communis Pusclavij filius condam ser Antonii de Paravicino hoc instrumentum venditionis et predictorum omnium et singulorum rogatus tradidi et per alium⁵ scribere feci et in fidem me subscrispsi.

(Archivio parrocchiale cattolico Brusio)

³ Scritto ‘perptualiter’

⁴ ‘parte’ è tralasciato nel documento

⁵ La calligrafia del notaio che ha steso il documento non è evidentemente quella del notaio sottoscrittente Giovanni Paravicini di Caspano.